ligamentis in originali Inscriptione contentis tum cum omnibus utilitatibus nullis exceptis accepta pro praemissis sufficienti satisfactione demittit omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius ipsiusve successorum plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi exnunc realem cum actuali ac physica possessione per Ministerialem et Nobiles duos quosvis officiose acceptandam admittendo.

Perki korzenie Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Joannis Perkowski de Perki Mazowsze haeres sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia sibi Nobilis Eva olim Pauli Perkowski filia consors Nobilis Felicis Frankowski ex obligationibus bonorum in haereditate Perki korzenie sitorum sibi recognoscenti per olim Nobilem Paulum Perkowski parentem ipsius diversis Inscriptionibus coram actis authenticis inscriptis summam Quadraginta florenorum polonicalium ex integro persolvit ideo ipsam quietat Inscriptiones cassat et de bonis uti legitimae haeredi bonorum parentis sui exnunc condescendit.

kalinowski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Nicolaus olim Christophori kalinowski de kalinowo Czosnowo haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Joannis kalinowski fratri patrueli et ipsius posteris bonorum in haereditate kalinowo Czosnowo sitorum In primo loco cuneum Seraphinowski a granicie kurowska ad parietem transversalem tenden. inter metas eiusdem Mathiae et Gaspari fratris iacen. In alio loco eiusdem campi v kamienia sulcum Jany ab areis ad graniciem Sulkowska inter metas eiusdem iacen. In tertio loco eodem campo za Siedliskami duos sulcos protenden. ut supra inter metas eiusdem Mathiae et koszkow iacentes In quarto loco v Olszowego Błota tres sulcos ab emissorio ad graniciem Sulkowska tenden. inter metas eiusdem Mathiae et successorum olim Alberti iacen. In quinto loco alio campo cuneum Seraphinowski protenden. ut supra ac inter metas ut supra iacen. In sexto loco tres sulcos a granicie Sulkowska ad graniciem kurowska tenden. penes metas eiusdem Mathiae et Zadorożnic iacen. In septimo loco v Bielawki duos sulcos protenden. ut supra In octavo loco v Osiny duos sulcos a pariete aliorum camporum ad graniciem Brokowska tenden. penes metas fratris sui et eiusdem Mathiae iacen. cum agris pratis et omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit irrevocabiliterque resignavit perpetuis ac aeternis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem